

stis et pudicis personis: quod nunquam vel ratio talia proferunt: sed solum christum septimum nominant eo quod versat in cordibus ipsorum. Hic patet in beato Ignatio martyre: qui in tormentis positus septimum nominavit. Et requisitus quare hoc nomen toties nominaret: dixit. Quia hoc nomen septem habeo in corde meo: et reticere non possunt. et tortores post mortem eius cor extraxerunt de corpore: et illud in partes sciderunt. et in qualibet parte fuit scriptum hoc nomen Iesus aureis litteris. Ergo quilibet christianus se cauere debet a verbis malis et scurrilibus et luxuriosis. Unde Isidorus de summo bono. Vali sermones in ore christiani esse non debent. Hoc etiam ostendit apostolus dicens. Quis sermo malus ex ore vestro non procedat. Et merito: quod sicut in dicto christi in euangelio de omni verbo otioso redidituri sumus rationem. Multo fortius de verbis scurrilibus et nociuis. Ergo merito quilibet nostrum debet a deo petere curam. dicens. Pone domine custodiam oris meo: ut non delinquam in lingua mea. Et nota per conclusionem octavi precepti scilicet de falso testimonio quomodo falsi testes puniantur: quoniam in presenti: quoniam in futuro. Et de hoc pono tale exemplum. **A** Legit quod quidam bonus homo iustus propter rigorem iusticie a quibusdam malis hominibus odiebatur: unde ipse fecerat sibi falsa crimina que et iuramento confirmaret eo quod non facile credebatur eis homines propter excellentiam vite illius boni hominis. Et primus ait: nisi ita sit: Certe proferam iugiter perire. Secundus dixit morbo regio ledar in toto corpore si ita sit. Tertius oculos perdam nisi ita res se habeat. Quod totum sic euenit illis propter peccatum perurij et falsi testimonij. Nam primus testis falsus mox a plaga ignis exustus est. Secundus a pedibus usque ad caput consumitur: quia putridus factus est. Tertius talia audiens et videns: et de seipso timens factum reuelauit: et postmodum cecus effectus est. Unde dicitur hoc dicit Salomone Prover. xix. Falsus testis non erit impunitus.

De Nono precepto.

A Non concupisces rem proximi tui. Superius in septimo precepto prohibuit furtum: hic autem prohibet concupiscentiam cordis dicens. Non concupisces rem proximi tui. Et sciendum quod contra hoc preceptum faciunt decem genera hominum. **P**rimi sunt qui concupiscunt bona aliorum: et sciunt quod non possunt obtinere rem concupitam non persequuntur concupiscentiam. Si autem scirent se posse consequi concupitam: forsitan fortissime conarentur ad persequendam concupiscentiam in effectum. et isti taliter concupiscendo mortaliter peccant. **S**ecundi sunt qui aliena concupiscunt et cum omni conatu exteriori laborant pro tali re illicite obtinenda: quod quantum non obtineant: peccant tamen mortaliter: quod apparet in fure et latrone pro furto et rapina laborare: quod licet in effectu non furent nec rapiant mortaliter tamen peccant et grauius quam primi. Si autem prauis conatibus assequuntur appetita: adhuc grauius peccant ut patet in furibus et latronibus rebus concupitam illicite obtinentibus. Et istis nunquam remittitur peccatum nisi prius restituatur ablatum ut Augustinus dicit. Dummodo tamen habeant facultatem restituendi. **T**ertij qui concupiscunt bona aliorum iniuste: et habent spem ut ea sibi possint acquirere: sed non audent attemptare propter timorem corporis et honoris. Sed si scirent se posse euadere: persequerentur toto conatu: et sic tamen propter deum dimittunt: sed propter timorem et confusionem humanam. **Q**uarti sunt qui concupiscunt iustas res: sed ad malum finem: id est ad peccandum: ut puta ad vanam gloriam exercendam vel ad luxuriam: vel ad crapulam. Sicut ille diues de quo scribitur. Luce. vi. quod epulabatur quot die splendide. Ergo quicumque videret aliquem ludere pecuniis lucrari: vel usurarium usuras exercere vel videret superbia vestium: et sic de alijs Et sic ad talem finem desideraret et habet

precepto

bere diuitias: vt sic etiam contra deum
posset viuere: peccat cōtra hoc p̄ceptum
Et s̄m hunc intellectum non solum con-
tra illud p̄ceptum faciūt illi qui aliena
concupiscunt: sed etiam qui sua propria
malez illicitē expēdūt vt pomposi z vo-
luptuosi tessarij z huiusmodi. ¶ **Q**uin-
ti sunt qui cum nimio appetitu z amore
afficiuntur ad temporalia quāuis nō in-
iuste vellent ea acquirere: tamē quando
ille appetitus z amor temporalium supe-
rat vel p̄cellit amorem deit̄ appetituz
proprie salutis: sic q̄ mens suffocatur ex
toto: tales etiam grauiter peccant. S̄z
heu plures sunt qui totum cor suū occu-
pant cū talibz: sic q̄ raro vel nunq̄ d̄ dō
vel p̄ria salute cogitāt. ¶ **S**exti
sūt q̄ auare possident z retinēt sua iusta
bona cum nimia tenacitate z auz insatia-
bili cupiditate sic q̄ de supfluis paup̄i-
bus non subueniunt s̄m iussu christi
qui dicit Luce. xi. Quod superest date ele-
mosynam. Et de his dicit Hermann⁹
scilicet q̄ si superflua tenent que danda
essent: tunc si ex tali tenacitate superfluo-
rum alij magnam penuriam sustinerēt:
vt puta qui teneret superfluum bladū:
vinum vel h̄mōi victualia vt cari⁹ v̄de-
re posset vnde multoz penuria z rerum
charistia sequerēt: grauiter peccat. In
necessitate ei extrema supflua tenacitas
diuitū videt̄ oīno esse in iniuriā paup̄ez
¶ **U**nde Ambrosi⁹. ¶ **U**nūuersis creat⁹ est
mundus: quem pauci diuites occupāt
¶ **U**nde Basilius super illud Luce. xij.
hominis diuitis dicit. Nonne in q̄t spo-
liator es qui dispensanda suscepisti pro-
pria reputando. Est em̄ panis famelicū
quem tu tenes. Audi tunica quā in con-
clauī conseruas. Discalceati calcei q̄ pe-
nes te marcescunt: indigentis argentuz
quod possides humatum. ¶ **U**nde Am-
brosius in s̄mone: Non minoris est cri-
minis habenti tollere q̄s cū posset indi-
gentibz denegare. Ergo tantoz scias re-
erige bona: quātis posses p̄stare z no.

Sciendū t̄n q̄ m̄gr in cōpendio theo-
logice veritatis dicit. Cū quis retinet su-
pflua ex insatiabili cupiditate: ē mortu-
le peccm. Et p̄cipuū signū talis affect⁹ ē
q̄ quis reus poti⁹ putrescere sinit apud
se q̄s r̄tiliter alijs dispenset. Verbi gra-
tia. sicut ille qui panem vel carnes z fru-
mentū vel h̄mōi cōestibilia perire per-
mittit anteq̄ pauperibz erogare veller.
Et hoc ex nimia paritate. q̄ timet sibi
semp deficere. z q̄nq̄ talis vix audet s̄z
suā necessitatē cōmedere. Et in h̄ silis ē
busoni de quo legit q̄ terā comedit. et
quādo caput sup terrā erigit: tūc timet
sibi terrā adhuc deficere z tunc non pl⁹
audet comedere de terra nisi in quantum
potest cum vno pede regere siue tollere.
ergo quilibet possidens bona tempora-
lia debet pauperibus cōdiuidere. ¶ **U**n-
de Augustinus. Da christo in terris q̄
tibi reddet in celo. ¶ **U**nde etiā Beda su-
per Lucam. Non reprehenditur diues
q̄ terram coluerit: vel fructus in horrea
congregauit. sed q̄ fiduciam vite in illis
posuerit: nec pauperibus erogauerit. vt
ab eis reciperetur in eternis tabernacu-
lis. Nota exemplum de diuitibus tena-
cibus. Legitur q̄ quidez diues tempo-
re famis ne audiret voces querulosas
paup̄ez ad quādā suā hereditatē iuxta
quandā aquā se trāstulit vbi p̄ nimia fa-
me paup̄ popul⁹ clamās: eū secur⁹ ē p̄
pter sustentatōez. Quoz voces audies
respondit. Non durabo cū istis canibz.
Et sic fecit mēsam suā poni retro in ali-
am camerā vbi tales voces audire non
posset. Et statim quidez armat⁹ pulla-
uit in porta dicens: Nunci⁹ dei sum et
volo loqui d̄no vestro: Sed cū seruitoz
de mādato d̄ni sui eū assereret tibi nō eē
Respondit. Ventris. Nā in illam ca-
merū ideo se trāstulit ne pauperuz cla-
mores audiret: Et nūc ex parte dei ego
cito eū vt cōpareat corā deo reddere ra-
tionē de oibus temporalibz sibi cōmis-
sis. Qui diues nox ad mortē infirmat⁹

De decimo

in carnis suis ad pñiam et ad cōfessionem exhortabat artēti: q̄s ille audire rēnuic h̄ dixit Ego ad iudiciū dī citat̄ cōparui et ad efnā dānatōem iudicat̄ sū sine oī spe salutis: q̄ sicut nō exercui misericōdiam et cōpassionē ad paupes xp̄i: sic eadē dī/strictōe sine misericōdia sentētiat̄ sū: et sic in felicē aiā expirauit. et res et corp̄ et aiā p̄didit. **Uñ Jacobi. 3.** Iudiciū sit ei sine misericōdia q̄ hic nō facit misericōdiam. **¶** **S**eptimi sunt q̄ cupiscūt honorē et pulchritudinē p̄ximi: honorē p̄t exaltatōem et supbiam. pulchritudinē p̄t hoc vt hominib; placeant: et hoc est peccm̄. **S**3 si naturalit̄ quis appeteret pulchritudinē nō tñ d̄ deū p̄t hoc viuere veller: sic q̄nq; p̄t esse sine peccō. **¶** **¶** Octauī sunt q̄ famuluz vel ancillam p̄ximi sibi attrahunt: cū tñ alias a fuitio recedere nō intendunt quod est phibitū in lege vt h̄z **Exodi. 20.** Nō concupisces fr̄um v̄l ancillam. **2c.** Itē est d̄ legem nature: quia hec est lex naturalis. Quod tibi nō vis fieri. vide ne feceris alteri. Et christ̄ in euangelio. **¶** **¶** Que vultis vt faciant vobis hoīes. **2c.** Ergo si tu h̄z es famulū v̄l famulā fidelēz non velles q̄ tibi q̄s eū vel eam abstraheret: sic tu p̄ximo teneris. Noni sunt q̄ nimio amore afficiuntur de superbia: tamen infra deum: et h̄ eueniale. **¶** **¶** Decimi sunt q̄ appetunt aliena cū voluntate conditionata: scilicet si possent h̄z sine offensa dei et iniuria p̄ximi: et tūc vel nullū vel tantū est veniale peccm̄. siue talem d̄ditōem actualit̄ addant siue habitualit̄ eā intendāt.

De decimo p̄cep.

¶ **¶** Non concupisces vxorem proximi tui. **¶** **¶** Ubi prohibetur omnis concupiscētia carnis. q̄ i sexto p̄cepto phibuit actū carnis: hic at̄ phibet cupiscētia carnis. **¶** **¶** Ubi sciendū q̄ hoc p̄ceptū faciunt quattuor genera hoīm. **¶** **¶** Primi q̄ de/

liberate concupiscunt et libent̄ ope actuz perpetrarent si possibile ipsi foret. et tales contra p̄ceptum dei faciunt et peccant mortalit̄. **¶** **¶** Verbi gratia. **¶** **¶** Si quis vna die centū dom̄ intraret: et in quilibet domo cupiscētia malā sibi peruisum acquireret: tot peccata mortalia acq̄reret. **¶** **¶** Unde **Matth. 5.** Qui viderit mulierē ad concupiscendā eam: ita mechatus est eam in corde suo. **¶** **¶** Sc̄ vt cupiscētia transeat in affectū cordis et in consensum rationis. **¶** **¶** Et etiā si facultas afflicta cere disponat: ita mechatus est eā in corde suo. q̄ s̄m iurayolūtas p̄ facto reperit. **¶** **¶** **¶** Sc̄di sunt qui vellent et possent h̄timent mundū et sc̄dalum. Sed si sciunt se posse latere in hoc actu: nec deus nec sanctos nec salutem anime curarent quin hoc potius peccaret. **¶** **¶** Et tales q̄ sic dimittunt: deū grauit̄ offendūt q̄ voluntas est deliberata ad actum illū.

¶ **¶** Tertij sunt q̄ non cupiscunt nec actū peccare volunt: sed faciunt vt concupiscatur: vt multe mulieres. simili et virgines que ad hoc se lauant et ornant vt amabiliores fiāt. que non soluz in plateis et choreis: imo etiā in ecclesia corda viroz vulnerāt: dum eis nunc colore albo: nunc rubeo. nunc familiari colloquio: nunc oculoruz lasciuia intuitione laqueum et occasionem ruine p̄stāt. **¶** **¶** Et tales qui sic non concupiscunt nec actū facere volunt sed concupisci volunt sūt occisores aiāz. **¶** **¶** Unde **Bern̄.** in fm̄oe. Nonne videt tibi grauiorem ab eo x̄ps sustinere persecutionē. qui suggestionē maligna exemplo pernicioso sc̄dali occasiōe ab eo puerit aiāz quas redemit. q̄ a iudeo qui s̄guiuē ei? effudit. **¶** **¶** **¶** Quartij s̄t q̄ non cupiscunt nec etiā actum facere p̄ponūt: sed tamē delectatur in morosa delectatione cum plena ratione et volūtate. **¶** **¶** Et talis morosa delectatio est peccatum mortale. **¶** **¶** **¶** Contra quod hec multi faciunt et mulieres